

# PRÆPARATIO AD PEDEM ALTARIS

S. In nōmine ✕ Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti. Amen.

S. Introíbo ad altáre Dei.

M. Ad Deum qui lætificat juventútem meam.

PSALM 42:1-5

S. Júdica me, Deus, et discérne cásam meam de gente non sancta: ab hómíne iníquo et doloso érue me.

M. Quia tu es, Deus, fortítudo mea: quare me repulísti, et quare tristis incédo, dum afflígit me inímicus?

S. Emítte lucem tuam et veritátem tuam: ipsa me deduxérunt et adduxérunt in montem sanctum tuum, et in tabernácula tua.

M. Et introíbo ad altáre Dei: ad Deum qui lætificat juventútem meam.

S. Confitébor tibi in cíthara, Deus, Deus meus: quare tristis es ánima mea, et quare contúrbas me?

M. Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi: salutáre vultus mei, et Deus meus.

S. Glória Patri, et Fílio, et Spirítui Sancto.

M. Sicut erat in princípio, et nunc, et semper: et in sácula sæculórum. Amen.

S. Introíbo ad altáre Dei.

M. Ad Deum qui lætificat juventútem meam.

S. Adjutórium nostrum ✕ in nōmine Dómini.

M. Qui fecit cælum et terram.

S. Confítetor Deo omnipoténti, beátæ Maríæ semper Vírgini, beáto Michaéli Archángelo, beáto Joánni Baptístæ, sanctis Apóstolis Petro et Páulo, ómnibus Sanctis, et vobis, fratres, quia peccávi nimis cogitatióne, verbo, et ópere: (percutit sibi pectus ter, dicens) mea culpa, mea culpa, mea máxima culpa. Ideo precor beátam Maríam semper Vírginem, beátum Michaélem Archángelum, beátum Joánnem Baptístam, sanctos Apóstolos Petrum et Páulum, omnes Sanctos, et vos, fratres, oráre pro me ad Dóminum Deum nostrum.

M. Misereártur tui omnípotens Deus, et dimíssis peccátis tuis, perdúcat te ad vitam ætérnam.

S. Amen.

M. Confítetor Deo omnipoténti, beátæ Maríæ semper Vírgini, beáto Michaéli Archángelo, beáto Joánni Baptístae, sanctis Apóstolis Petro et Páulo, ómnibus Sanctis, et tibi, pater, quia peccávi nimis cogitatióne, verbo, et ópere: (percutit sibi pectus ter, dicens) mea culpa, mea culpa, mea máxima culpa. Ideo precor beátam Maríam semper Vírginem, beátum Michaélem Archángelum, beátum Joánnem Baptístam, sanctos Apóstolos Petrum et Páulum, omnes Sanctos, et te, pater, oráre pro me ad Dóminum Deum nostrum.

S. Misereártur vestri omnípotens Deus, et dimíssis peccátis vestris, perdúcat vos ad vitam ætérnam.

M. Amen.

S. Indulgéntiam, ✕ absolutiónem, et remissiónem peccatórum nostrórum, tríbuat nobis omnípotens et misericors Dóminus.

M. Amen.

Et inclinatus prosequitur:

S. Deus, tu convérsus vivificábis nos.

M. Et plebs tua lætábitur in te.

S. Osténde nobis Dómine, misericórdiam tuam.

M. Et salutáre tuum da nobis.

S. Dómine, exáudi oratióne meam.

M. Et clamor meus ad te véniat.

S. Dóminus vobíscum.

M. Et cum spíitu tuo.

S. Orémus.

Ei ascendens ad altare, dicit secreto:

Aufer a nobis, quásumus, Dómine, iniquitatés nostras: ut ad Sancta sanctórum puris mereámur méntibus introíre.

Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

Deinde, manibus iunctis super Altare, inclinatus dicit:

Orámus te, Dómine, per mérita Sanctórum tuórum, quorum reliquiae hic sunt (osculatur altare in medio), et ómnium Sanctórum: ut indulgére dignérís ómnia peccáta mea. Amen.

